



**Antoninus Diana Panormitanus, Clericus Regularis, Doctor
Celeberrimus, Coram S. D. N. Alexandro VII. Episcoporum
Examinator, & Sancti Officij Regni Siciliae Consultor,
Coordinatus, Seu Omnes ...**

Diana, Antonino

Lugduni, M. DC. LXXX.

58. An Pontifex possit præbere facultatem presbyteris benedicendi oleum
Extremæ-Vnctionis? Et an hæc benedictio necessario debeat fieri per
Episcopum? Ex part. 8. tract. 1. res. 30.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76359](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-76359)

pra in Re. 9.

est, nullum praeceptum fument. Confirmationem fuit impostum a Christo Domino, & tamen Pontifex illud ordinandis imposuit, ut patet ex Concilio Tridentino sess. 7. can. 1. 2. & 3. Sic & in nostro casu posset Pontifex imponere praeceptum sumendi Extremam Vnctionem ex aliqua iusta causa, ut si, v. g. inciperit abusus inter fideles non sumendi in fine mortis, ut iustum sacramentum Extreme Vnctionis, quod exemplum, & scandalum aliis afferret, & forsitan ex omissione periculum contemptus: Tunc quidem Pontifex posset praecipere susceptionem dicti Sacramenti, vel etiam imponere poenam, ut si quis non sumeret Extremam Vnctionem in articulo mortis, careret Ecclesiastica sepultura. Quod a fortiori probatur ex his, quae obiectuatur Reverendissimus (non solum nomine, sed moribus, & doctrina) P. M. Candijs tom. 1. disquis. 3. art. 8. dub. in Concilio Colonien. sub Adriano. c. ubi vbi sic habetur. Relatum nobis in Concilio est quosdam homines infirmitatis suae tempore, vñtionem sacramentum respuit ac contempserit, quomobrem statutus, ut si quis Sacramentum illud nobis à B. Apostolo tantopere commendatum contempserit, Ecclesiastica careat sepultura. Hæc ibi.

Sup. cont. 9. in hoc §. supra recitantur in §. Arque huius Refol. & in tom. 2. tit. 4. Ref. 24. §. Sed his, & in Refol. 25.

9. Sed dum tale praeceptum non extat certum est, secluso contemptu, & scandalo, omissionem huius Sacramenti non inducere peccatum mortale, ut diximus, non solum in infirmis, sed a fortiori in illis, qui curam gerunt se ipsis, ut in coniuge, domino, patre, tutore, &c. Ita docet Layman ubi supra lib. 3. tract. 8. c. 5. n. 2. sic asserens: Denique Extremam Vnctionem ex contemptu omittente facit, ut omnes esse peccatum mortale. Adde mortaliter peccari posse ratione securi scandali, videlicet infirmus interrogatus, num ante exitum sacramentum Vnctionis accipere nulla rationabili causa allata, renuat, atque exinde audientes vel falsam suspicionem hærens de illo concipere, vel ob hominis auctoritatem ad huius Sacramenti vilipensionem moveri possint. Et quod dictum est de ipso infirmo, similiter sentendum est de iis, qui infirmi curam gerunt, si Extremam Vnctionem iis procurare sine rationabili causa intermittant, non peccare eos mortaliter, nisi coniunctus sit contemptus, vel graue scandalum. Ita ille. Licet in tali casu supradictos peccare mortaliter sustineat Reuer. Candidus ubi supra, dub. 6. Verum sententiam Layman confirmat nouissimè Amicus tom. 8. disp. 19. sect. 11. num. 190.

Sup. hoc infra in Refol. 59. §. His suppositis, cuius post medium, vers. Ut ab eo peccat, & quibus non plene super hoc, legum, si placet in tom. 2. tit. 4. doctrinam Refol. 23. & signanter in Ref. 29. post medium, a vers. & accedere potest.

10. Aduertendum tamen est hic cum Praeposito in 3. p. q. vñ. de sacram. Extr. vñ. dub. 2. n. 11. per accidens hoc Sacramentum posse alicui esse ad salutem necessarium, ut si quis in mortale incidisset, & solum attritus de eo peccato non posset recipere sacramentum Poenitentiae, quia antequam in amentiam incidere, nullo signo ostendit se velle confiteri, nec aliud posset recipere Sacramentum, eo casu quo sacramentum Extreme Vnctionis ei est ad salutem necessarium.

11. Vnde rectè obseruat Amicus ubi supra n. 12. vix mortaliter dari potest casus, quo infirmus defectu aliorum medicorum obligetur ad hoc Sacramentum suscipiendum: quia cum hoc Sacramentum necessariò ministrari debeat à Sacerdote, poterit loco huius Sacramenti infirmus suscipere sacramentum Poenitentiae, vi cuius directè absolueretur à peccatis confessis, indirectè verò ab obliis. Solus fingi posset casus, quo Sacerdos vel holler, vel non posset, quia abolutionè ignoraret, infirmi confessionem excipere; veller autem, & posset sacramentum Extreme Vnctionis ministrare, an tunc infirmus diceretur hoc Sacramentum suscipere. In quo casu di-

linguendum est: nã vel infirmus est conscius alicuius peccati mortalis, & tunc tenetur conari ad eliciendam contritionem, & post illam hoc Sacramentum suscipere; quia cum non possit esse certus de vera contritione, tenetur adhibere certius medium ad suam iustificationem: hoc autem in eo casu aliud esse non posset, quam hoc Sacramentum (suppono enim neque Eucharistiam cum sumere posse) quod inueniens subiectum attritum, redderet illud contritum. Quamquam in hoc casu dubitare videtur Suarez disp. 44. sect. 1. num. 7.

12. Sed Amicus res certa videtur, quia nunquam potest infirmus ita de sua contritione esse certus, ut dubius non maneat. Vel infirmus nullius mortalis peccati sibi conscius est: & tunc non puto, illum obligari ad hoc sacramentum suscipiendum, sed solum ad conandum, ad actum contritionis, vel dilectionis erga Deum, quo in illo mortis articulo se prepararet ad transitum ex hac vita in aliam. Nam cum ex vna parte non vergeat conscientia peccati mortalis, & ex alia hoc Sacramentum non sit necessarium ad salutem, non apparet, vnde hæc obligatio oriri possit: cum ad consequendam remissionem peccatorum inuincibiliter ignorantium sufficiat contritio, vel dilectio Dei. Et hanc sententiam præter Amicum tenet etiam Ochagavia de Sacram. tract. unico de Extrema Vñ. quest. 9. num. 3.

RESOL. LVIII.

An Pontifex possit præbere facultatem Presbyteris benedicendi oleum Extreme Vnctionis. Et an hæc benedictio necessariò debeat fieri per Episcopum? Ex part. 8. tract. 1. Refol. 90.

§. 1. Affirmatiuam sententiam tenet Henriquez lib. 3. cap. 8. num. 2. Valentia disp. 8. quest. 1. punct. 2. Sub dubio asserit Sotus in 4. dist. 13. quest. 1. art. 3. Probabile putat Naguez in 3. p. tom. 2. quest. 29. art. 6. diffi. unica, concl. 2. Idem colligitur ex Scoto in 4. dist. 7. quest. 1. & Caietano 3. p. quest. 72. art. 3. qui, dum id affirmant de Christinate materia Confirmationis, idem dicerent de oleo materia Extreme Vnctionis.

2. Et nouissimè hanc sententiam tenet Ioannes Praepositus in 3. part. quest. unica de sacram. Extr. vñ. vñ. dub. 3. num. 15. vbi sic asserit: Dubitatur an hæc benedictio necessariò fiat per Episcopum? negat Victoria, Valentia, Henriquez, & Viualdus, quorum sententia est valde probabilis; nam, ut refert Petrus Arcadius de concordia Ecclesie Occidentalis, & Orientalis in Sacramentorum administratione, sitae, & in lib. 5. cap. 2. Presbyteri in Ecclesia Orientali solent benedicere oleum sacramenti Extreme Vnctionis idque ex antiqua consuetudine, etiam ante schisma. Non est autem existimandum totam illam Ecclesiam errasse in re tanti momenti præsertim, cum ea in parte non noverat ab Ecclesia Latina, quin potius ille usus ab ea approbatur: nam Clemens VIII. in sua institutione super ritibus Grecorum, anno 1595. ultimo Augusti, ita loquitur: Non sunt cogendi Presbyteri Graeci præter Christum ab Episcopis Latinis diocesanis accipere, cum huiusmodi olea ab eis in ipsa oleorum, & Sacramentorum exhibitione ex veteri ritu conficiantur, seu benedicantur, quibus verbis tacite permittit, ut Graeci in suo ritu pergant, & nimirum materiam consecrandi eo tempore, quo sacramentum Extreme Vnctionis administrant, non verò necessariò debeant, ut alio ab Episcopo benedicto in die. Cetera, vt faciunt Latini.

Sup. hoc in tom. 1. tit. 4. Refol. 141. ante medium, de necess. & in Refol. §. vlt.



RESOL. LIX.

An Pontifex aliquando suppleat iurisdictionem in Ministerio Extreme Vnctionis?

Et supponitur, quod solus Sacerdos est Minister Extreme Vnctionis; quare quavis vnctio a laico imo a Diacono in quocumque euentu facta non erit Sacramentum.

Et an hoc Sacramentum ministrandum non requiratur, ut Sacerdos sit expositus, & ad confessiones audiendas approbatus?

Et an Parochus publicè excommunicatus possit licentiam concedere Sacerdoti ad hoc Sacramentum ministrandum?

Et explanatur, quod & si valide hoc Sacramentum a quouis Sacerdote administrare possit, non tamen licet nisi in extrema necessitate, vel de proprij Pastoris tacita saltem licentia: quare Religiosi, qui sine licentia speciali Pastorum personis non Religiosis hoc Sacramentum, vel Eucharistiam conferunt, incurrunt penam excommunicationis ipso facto. Ex part. 8. tit. 1. Resol. 6.

§. I. **S**uppono, & dico primò, quod solus Sacerdos est minister sacramenti Extreme Vnctionis. Probatur ex Iacobo cap. 5. *Inducat Presbyteros Ecclesiam*; licet enim nomen Presbyter significet aliquando, Senem; in nouo Testamento, at iuxta declarationem Ecclesie significat, Sacerdotem, nec moueat quemque, quod Iacobus agat de Presbyteris, non de Presbytero, id enim non significat requiri plures Sacerdotes ad conficiendum hoc Sacramentum, cum certum sit vnum sufficere, sed solum denotat, Sacerdotes esse ministros Extreme Vnctionis, siue vnum, siue plures, prout fuerit necessarium pro multitudine infirmorum.

2. **S**ecundò Probatur, quia ita definitum est à Concilio Tridentino *sess. 14. in canonibus, de Extrema Vnctione*. Vnde certa est assertio postea secundum fidem. Aduerendumque est, non in eo tantum sensu eam esse veram, quod nimirum ex officio, & ordinariè, solus Sacerdos possit vnungere, sed etiam quod nullus alius potest Extremam Vnctionem conficere: quare quavis vnctio à laico, imò à Diacono in quocumque euentu facta non erit Sacramentum.

3. Nec obstat dicere, quod Innocentius I. in *epist. 1. cap. 8. ad Decemium*, ait, non solum Sacerdotibus, sed omnibus Christianis licitum esse vti hac vnctione: ergo non est solius Sacerdotis hoc Sacramentum ministrare. Propter hanc autoritatem Thomas V Valdensis putauit, posse laicum in absentia Sacerdotis hoc Sacramentum ministrare. Sed hoc plusquam falsum. Sotus in *4. dist. 2. quest. 2. art. 1. censet*, hoc loco Pòtissimum non loqui de vnctione sacramentali, sed de vnctione, quæ devotionis causa ad infirmitatem curandam antiquitùs utebantur etiam laici. Verùm hæc Soti responsio vix textui accommodari potest.

4. Dicendum igitur est, citata verba Pontificis non esse intelligenda de vtu actiuo, sed passiuo huius Sacramenti: constat ex textu, in quo de hoc vtu passiuo, immediatè antè locutus fuerat Pòtiffex. Explicàs enim verba Iacobi, ita scribit: Quod nõ est dubiù de fidelibus & grotatibus accipi, vel intelligi debere, qui sancto oleo Chriftismatis perungi possunt. Post quæ verba statim subiungit, Quo, nempe Chriftimate ab Episcopo cõfecto, non solum Sacerdotibus, sed omnibus vti Christianis licet in sua

G 3 aut

3. Ex quibus patet Presbyteros posse ex commissione Pontificis, & potestate extraordinaria benedicere oleum sacramenti Extreme Vnctionis, & Innocentium I. similiter, & Concilia, quæ videntur aliud dicere, intelligi de potestate ordinaria, id est, quod solis Episcopis ordinaria potestate vi sua ordinationis competat benedicere oleum infirmorum non vero aliis negare extraordinariam potestatem. Hincque Præpositus.

4. Sed his non obstantibus negatiuam sententiam ex Bellarmino, Suarez, Coninck, Layman, Filliucio, & Nugno, docet nouissimè doctissimus Pater Amicus in *Curs. Theolog. tom. 8. disput. 19. sect. 3. mem. 45.* & fundamentum huius sententiæ adducit: nam eadem Concilia, quæ definiunt, materiam huius Sacramenti esse oleum ab Episcopo benedicendum, simul probant, non posse ab alio, quàm ab Episcopo validè benedicì. Quia cum absolute, & absque vlla limitatione hoc asserunt, nullum relinquunt fundamentum contrarium opinandi. Dicere autem, quod Concilia solum definiunt materiam, quæ de facto ex vtu, & praxi Ecclesie huic Sacramento supponitur, est Conciliorum auctoritatem enurere ad materiam huius Sacramenti stabilendam. Nam pari ratione quis dicit, cum Concilia definiunt, materiam huius Sacramenti esse oleum benedicendum, non definire materiam, quæ essentialiter ad hoc Sacramentum requiritur, sed quæ de facto Ecclesia vtitur: & sic tolleretur omnis benedicentio tanquam aliquid essentialiter requisitum ex parte materiae, quod nullus cordatus Theologus admittit. Confirmatur: nam dum Concilia huic Sacramenti materiam tradunt, non dicunt, illam ordinariè esse oleum ab Episcopo benedicendum, vti dicunt, cum assignant ministrum sacramenti Confirmationis, sed absolute pronuntiant, esse oleum ab Episcopo benedicendum: quod non leue argumentum est, in secundum dispensationem cadere posse, non in primum.

5. Deinde, quando Concilia assignant ministrum sacramenti Confirmationis, non dicunt absolute ministrum huius Sacramenti esse Episcopum, sed addunt, ordinatum, vti significant extraordinarium posse esse alium ab Episcopo. Cum verò assignant materiam Extreme Vnctionis, non dicunt, ordinariè, sed absolute esse oleum ab Episcopo benedicendum. Præterea in ministro sacramenti Confirmationis est aliquando in Ecclesia Dei dispensatum; in materia autem Extreme Vnctionis, nunquam legitur fuisse dispensatum, vti vel in oleo non benedicentio, vel benedicentio tantum à simplici Sacerdote fuisse hoc Sacramentum cõfectum. Quod autem semper fuit in Ecclesia seruatum, habetur pro indispensabili. Et hæc sunt placita DD. circa præsentem questionem.

6. Ego verò vtramque sententiam probabilem esse existimo, licet secundam probabiliorem; & idèò præter DD. citatos, primam sententiam affirmatiuam probabilem etiam putat Azor. & Bonac. in *reale Aucta de Sacrament. Extrem. Vnct. sect. 2.* vbi citat Petrum Arcadium de *concord. Eccles. Orient. & Occident. lib. 5. cap. 2.* afferentem ex antiquo tempore apud Græcos, Sacerdotes, ex commissione Summi Pontificis benedicere oleum infirmorum. Et reuertà apud me vget nimis hoc argumentum; nam si Summus Pontifex non posset concedere simpliciter Sacerdoti, vti benedicat oleum Extreme Vnctionis, sequeretur, Ecclesiam Græcam vsque adhuc caruisse, & carere hoc Sacramento; quod dicere videtur absurdum. Ergo, &c.

Tom. III.

hoc in
2. r. 1.
1. r. 1.
1. r. 1.
1. r. 1.
1. r. 1.
1. r. 1.
1. r. 1.
1. r. 1.
1. r. 1.
1. r. 1.